

- 210 „Accipe“, Phebus ait, „de sponso Philologie,
De fumo lucem quem dat scola philosophiæ.
Mercurium mercatorum multi voluere
Esse deum, tali ratione quod asseruere:
Sunt velut alati celeres, hinc inde vagantes,
215 Spe tracti lucri terris mare continuantes.
Non estivales, non hos soles hiemales,
Non vis algoris, non fervens cauma caloris,
Aspera se vorum seu dura pericla latronum, p. 116a
Inmaturarum non aura furens pluviarum
220 Hos deterrere vel eos possunt inhibere,
Quin pergant eque mercando nocte dieque.
Non fera tempestas, non pigrum frigus et estas,
Non immensarum tractus, non gurgres aquarum,
Non pelagus [apta] remis, non armis plena triremis,
225 Non Appennini, non celsa cacumina Tauri
Obstant. Sic cecus rapit hos amor eris et auri.
Astuti celant anguem virgamque revelant.
Virga tenor recti, mens angues callida recti,
Hermes verbosos serpens notat esse dolosos;
230 Quem blandis celant verbis, per facta revelant.
Mercurii tectum caput est insigne galero.
Institor obvelat mendosa negotia vero.
Iurant, periurant, fraudant nec numina curant.
Non deceptores unquam videas meliores.
235 Inter eos furesque parum distare probatur,

210] Anspielung auf Martianus Capella, De nuptiis Philologiae et Mercurii.
212 mercatorum multi] In der Hs. ist multi mercatorem zu mercatorem multi korrigiert. Daß mercatorem in mercatorum zu ändern ist, zeigt der Plural in vv. 214 ff. 217 cauma] Siehe v. 42. 219 pluviarum] Über der Zeile. Auf der Zeile: furiarum. Offenbar hat der Korrektor vergessen, furiarum zu tilgen. 221 nocte dieque] Zahlreiche Belege für diese Klausel bei MASTANDREA, s. v. 223 gurgres aquarum] Vgl. Paulinus von Périgueux, De vita Martini (ed. PETSCHENIG 1888; CSEL 16), V 650: paruit imperiis iussarum gurgres aquarum. 224 pelagus apta remis] palus apta remis Hs.; prosodisch unmöglich, da die Paenultima von remus und die Ultima von palus als Längen zu messen sind. 235 probatur] Glosse: vel videtur (wegen des Reims unmöglich).